tinus qui sumptere cursu id digerant. Cor in cibo sumptum quartanis medetur. Ades cū rofaceo quotidianis febris. Perunctos eo bestia fugiunt. Resistere etiam insidiis uidentur. Cameli cerebrum arefactum potumq; ex aceto comitialibus morbis aiunt mederi. Itē fel cum melle potum hoc & angine. Cauda arefacta solui aluam. Fimi cinere crispari capillum cum oleo. Et dytentericis prodest illitus cinis potusq; tum trinis digyris capitur: etiā comitialibus in orbis. Vrina fulionibus utilissima esse tradunt. Itemq; ulceribus manantibus. Barbaros eam seruate quinquenio: & heminis pota cire aluam. Seras & cauda contortas & sinistro brachio illigatas quartanis mederi. Hyena magi ex orbis animalibus in maxima admiratione posuerunt utpote cui & ipsi magicas artes dederunt: uimq; qua alliciat ad se hoies mēte alienatos. Permutationes sexus ex iis annua uice diximus: ceteraq; monstrifica naturā eius. Nunc persequamur quæcunq; medicinis produntur. Præcipue pætheris esse in metu hyenæ dicuntur: ut ne conentur quidem resistere. Et aliquid de corio earum habentem non appeti. Mirumq; dictū si pelles utriusq; contraria suspendantur decedere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenantem declinant ad dextram: ut prægressi hominis uentigia occupent. Quod si successerit: alienari mente uel ex equo hominem decidere. At si in leuam deorsum deficientis argumentum esse ceteremq; capturam. Facilius autem capi si cinctus suos uenator flagellumq; & ipsos æquos se prænis alligauerit nodis. Mox autē ut est solers ambagibus uanitas magorum. capi iubet geminorum signum transuente luanā: singulosq; prope pilos seruari. Capitis dolori alligatum cutem prodesse quæ fuerit in capite eius. Lipitidini fel illitū frontibus. Aut ne omnino lippitatur: decoctum cum melle in atici cyathis tribus & croci uncia illitum. Sic & caligines discuti & suffusiones. Claritatem excitari: melius in ueterato medicamento. Afferuari autē in cypria pyxide. Eodē facere in argenti scabritias: exerescentia in oculis: item cicatrices. Glaucomata uero iocineis recanis inassari sanie cū despumato melle inunctis. Dentis eius dentium doloribus tactu prodesse uel alligatos ordine. Humeros humerorū & lacertorum doloribus. Eiusdem dentes si de sinistra parte rostri eruti sint illigatos pecoris aut capri pelle stomachi crutiatiibus. Pulmones in cibo sumptos cœliacos. Ventriculis cinere cum oleo illitum. Neruis medullas & dorso cū oleo uetere ac felle. Febris quartanis iecur degustatū ante accessiones. Podagris spinæ cinerem cum lingua & dextro pede uituli marini addito felle taurino omnia pariter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodem morbo prodesse & fel cū adipe asinino. Tremulis ichthiadicis: exiliensibus: & quibus corpalpiter aliquid ex corde mandandum ita ut reliquæ partis cinis cum cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiā auferri a compositione illita: aut per se auulsos felle: prius quam renasci non liceat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes & lumbis edendas: illinendasq; cum oleo. Sterilitatē mulierum emēdari collo cum glycyrrhiza & aneto sumpto in cibo: promisso in triduum cōceptu. Contra nocturnos pauores umbrarumq; terrorem unus e magnis dentibus lino alligatus prodest. Suffri furentes eodem & circumligari ante pectus suum cum adipe renum aut iociuere aut pelle præcipiunt. Mulieri pregnantī a pectore hyenæ caro & pili septem & genitale a ceruice si alligentur doctadis pelle collo suspensa contineri partus promittitur. Venerem stimulari genitali ad sexus luos in melle sumpto: etiā si uiri mulierum coitus oderint. Quinimo totius domus concordiam eodem genitali & arriculo spinæ cum adherente corio conseruatis constare: quem spinæ articulum siue modum atlantion uocant. Est autē primus. In comitialium quoq; remediis habent eum. Adipe accenso serpentes fugari dicunt. Maxille parte cōminuta in aniso & in cibo sumpta horrores sedari. Eodem suffitu mulieribus mentis uocari. Tantūq; est uanitas: ut si ad brachiū alligetur superioris rostri dextre partis dens: iaculantium ictus deerratos negent. Palato eiusdem arefacto & cum alumine ægyptio calcfacto ac ter in ore permutato fetores & ulcera oris emendari. Eos uero qui linguam in calefacto sub pede habeant: non latrari a canibus. Sinistra parte cerebri naribus illita: morbos perniciosos mitigari: siue hominū: siue quadrupedū. Frontis coriū fascinationibus resistere. Ceruicis carnes siue mandantur siue bibantur arefacte lumborum medentur doloribus. Neruis a dorso armisq; sufficiens doruorum dolores. Pilos nostri ad motos mulieris labris amarorium est. Iecur porum torminibus & calculis mederi. Iā cor in cibo potu ue sumptum omnibus doloribus corporum auxiliari. Lyenem lyenibus. Omētum ulcerum inflammationibus cum oleo. Medullas dolori spinæ & neruorum lassitudini

merbus plumbeus de
plumbago Classico

felle auulsiō

Glycyrrhiza
Snepholz

medica q. ruy. ruy
amorphus Bionensis

reenum. Nervos potos in uino cum thure fecunditatem restituere ad eptam ueneficio
 Vuluam cū mali punci dulcis cortice in potu datā prodesse mulierū uulua. Adipe e lum-
 bis suffiri difficulter parietes & statim parere. E dorso medulla adalligata cōtra uenas spe-
 cies opitulari. Spaticis genitale e maribus suffitu. Itē lippicibus: ruptis & cōtra inflationes
 seruatos pedes tactu leuos dextris partibus: dextros leuis. Sinistrū pedē superlatum par-
 turienti localem esse. Dextro illato facile eniti. Membranā quæ fel cōtinuerat a cardiacis
 potā in uino uel in cibo sumpta succuriet. Vesicā in uino potā cōtra urinae incontinentia
 am. Quæ autē in uesica inuenta sit urina additis oleo & sesamū & inelle alano haustam p
 desse agrimonio ueteri. Costarū primā & octauam suffitu ruptis salutarē esse. Ex spina ue-
 ro parturientibus ossa. Sanguinē cū polenta sumptū torminibus. Eodē tactis postibus ubi
 cunq; magorū infestari artes. Non elici deos: nec colloqui: siue lucernis: siue uisu: siue plu-
 uis: siue aqua: siue pila: siue quo alio genere tentetur. Carnes si edatur: cōtra canis rabidi
 morsus efficaces esse. Eriānum iecur efficacius. Carnes uel ossa hoīs si quæ in uentriculo oc-
 cisa inueniatur suffitu podagricis auxiliari. Si ungues inueniatur in iis: mortē alicuius ca-
 pientū significari. Excremēta siue ossa reddita cū interimitur: cōtra magicas insidias polle-
 re. Finū qui infestis inuenus sit: astatū ad dysentericis ualere potu. Illitūq; cum adi-
 pe anserino opitulari toto corpore lesi malo medicamento. A cane uero morsus ad dipe-
 m illitum. Et coriū si sit substratū. Rursus tali linistri cinere decocto cū sanguine mustellæ p
 undis omnibus odiō euenire. Idē fieri oculo decocto. Super omnia est: quod extrinā si
 stulam intestini cōtra ducū ac potestatur iniquitates cōministrant. Et ad successus petio-
 num: iudiciorū ac litium euctus: si omnino aliquatū quis secū habeat. At eiusdem ca-
 uerna sinistro lacerto religata si quis mulierē respiciat: amatorū esse: tam præsens ut illico
 sequatur. Eiusdem loci pilos cinerē ex oleo illitū uiris qui sine probosā moliciē nō mo-
 do pudicos: sed & seueros mores induere. Proximē fabulosus est crocodillus igenio quoq;
 illo cui uita in aqua terraq; cōmunis. Duo enī genera eorū illius e dextra maxilla dētes
 adalligati dextro lacerto coitus: (si credimus) stimulant. Canini eius dentes febres statas ar-
 cente repleti. Sunt enim cani ita ne diebus quinq; ab ægro cernantur qui adalligauerē. Idē
 pollere & uentre exemptos lapillos aduersus febrium horrores uenientes tradūt. Hac eti-
 am de causa ægyptii perungunt adipe ægros suos. Aliter illi similes multū in fra magnitu-
 dinem in terra tm̄ odoratissimisq; floribus uiuit Ob id intestina eius diligenter exquirunt
 tur iucundo nidore arefacta crocodille uocant oclorū uitis utilissimā cū porris succo
 unctā & cōtra suffusiones uel calliditas. Illita quoq; ex oleo cyprino molestias in facie ena-
 scentes tollit. Ex aqua uero morbos omnes: quorū natura serpit in facie nitoremq; reddit.
 Lentiginēs tollit ac uaros: omnesq; maculas. Et cōtra comitales morbos bibitur ex aceto
 multo binis obolis. Apposita menses ciet. Optimāq; est quæ candidissima & friabilis: mini-
 meq; pōderosa: cū teratur inter digytos fermentē cōns. Lauatur ea rula. Adulterant amy-
 lo aut cymolia: sed maxime qui captos orixa tm̄ pascunt. Felle inūctis oculis ex melle cō-
 tra suffusiones nihil utilius prædicant. Intestinis & reliquo corpore eius suffiri uulua labo-
 rantes salutare tradūt. Itē uelleribus circūdari uapore eius infectis. Coriū utriusq; cinis ex
 aceto illitus iis partibus quas secari opus sit: aut nidor cremari sensum omnē scalpelli au-
 fert. Sanguis utriusq; claritatem uisus inūctis donat: & cicatrices oclorū emēdat. Cor-
 pus ipsū excepto capite pedibusq; elisum in adārū ischiadici. Tussum ueterē emendat
 præcipuē in pueris. Itē lumborū dolores. Et adipe habet: quo tactu pilus defluit. Hic perū-
 ctos a crocodillis ueruat. Defluit instillaturq; moribus. Cor annexum in lana ouis nigrae
 cui nullus aliū color incurrauerit: & primo partu genita sit quartanas abigere dicitur. Iū-
 gemus illis similia & peregrina æque aialia. Priusq; cameleonte peculiari uolumine dignū
 existimatum Democrito. Et per singula mēbra defaciatum non sine magna uoluptate no-
 stracognis proditiq; mediācis græcæ uanitatis. Similis est magnitudine supradicto cro-
 codillo: spinæ taurum uitio: ac recuruatura: & caude amplitudine distas. Nullū animal pau-
 dius esse existimatur & ideo uersi coloris esse demutationis. Vis eius maxima cōtra accipia-
 trum genus. Detrahere enī supra uolūtate ad se traditur: & uolūtariū præbere lacerādum
 cæteris animalibus. Caput eius & guttur si roborē lignis accēdatur hymbriū & tenuitū
 un cōursus facere. Democritus narrat. Itē iecur in tegulis usū. Reliqua ad ueneficia per-
 tinētia quæ dicit q̄q; falsa existimantes omittimus: præterq; in risu coarquentū. Dextro oclū

est uero me
de p...
...

opriata

illū

de p...
...

enellen
der aufged
...

scalpelli Schabzeug

heut

uins

ad hunc
lat amuroze

ad hunc
ad hunc
...

...

Tali...
...

...

Amph...
...

...

...

...

...

...

lo si uiuenti eruatur: albugines oculorum cum lacte caprino tolli. Lingua adalligata: pericula purpurei. Eundem salutarē esse parturientibus circa domum. Sin uero de nobis inferatur perniciōsissimū. Lingua si uentri exempta sit: ad iudiciorum uentus pollet: Cor aduersus quartanas illigatū nigra lana primā cōtusa. Pedem e prioribus dextrū genā pelle illigatū sinistro brathio: cōtra latrocinia terroresq; nocturnos pollet. Itē dextram mailla contra formidines pauoresq;. Sinistrū uero pedem torret in furno cū hærba: quæ sc̄ chamæleon uocatur. Additōq; unguētō in pastillos digerit. Eos in ligneo uase cōditos: prestare (si credimus) ne cernatur ab aliis qui habeat. Armū dextrū ad uincendos aduersarios uel hostes ualere utiq; si abiectō eiusdem neruo calcauerit. Sinistrū in iūgibus mōstris consecret qualiter sōnia quæ uelis: & quibus uelis mitantur: putet referre. Omnia ea dextro pede resoluī: sicut sinistio latere lethargos: quos fecerit dextrū. Capitis dolores in sperfo uino in quo latus alterūtrū maceratū sit sanari fœminis. Si sinistri pedis cinere misceretur lac suillum podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & iustionibus corrigi potest creditur tridui inunctione. Serpentes fugari lyene in thilato. Mustellas cōtrahen aqua coniecto. Corpore uero illito detrahi pilos. Idem prestare narrant iecur cū ranæ ruptæ pulmone illitum. Præterea iocinere amatoria dissoluere. Melancolicos autē sanari si ex corio chamæleonis herbe succus habente bibatur. Intestina & finum corū cū id animal nullo cibo uiuat cū simiarū urina illita in iūnicorū immane odiū & oīum hoīum iis cōciliare. Cauda flumina & aquarum impetus sibi. Serpentes soporari. Eadē medicata cedro & myrtha illigataq; gemino ramo palmæ percussa: aquā discuti: ut quæ intus sint oīa appareant. Atq; utinā eo ramo cōtactus esset. Democritus: quoniā ita loquacitates imodicas promisit inhiberi. Palā p̄ est uirū alias sagacem & uitæ utilissimū nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Ex eadē similitudine est feincus: quē quidā terrestē crocodillū esse dixerunt. Candiore autem est tenuiore cute. Præcipua tamē differentia dicitur: crocodillo aquatico squamam: in seta a cauda ad caput uersa. Maximus indicus. Deinde arabicus. Afferuntur salis. Rostrum eius & pedes in uino albo poti cupiditates ueneris adextendunt. Utiq; cū satyro & eruce semine singulis drachmis omnū ac pipēris duabus admixtis: ita ut pastilli singulārū drachmarū bibantur. Per se lauerū canes obolis binis cū myrtha & pipere pari mō pote efficaciores ad idē credūtur. Prodest & cōtra sagittas uenenatas: ut Appelles tradit potesta sumptus. In antidota quoq; nobilia additur. Sextius plus q; drachmā pondere in uini hemina potū perniciem afferre tradit. Præterea eiusdem decoctum cum melle sum ptū uenerem inhibere. Est crocodillo cognatio quædam affinitaq; amnis eiusdem gemiciorū utiq; cū hippopotamo repertore trahendi sanguinis ut diximus Plurimū autē super salticam perfecturā. huius corii cinis cum aqua illitus panos sanat. Adeps frigidas febres. Item finus sufficit. Dentis parte ita dolores dentiū scarificatis gingiuis: pellis eiusq; sinistra parte frontis in inguina adalligata uenerē inhibet. Eiusdē cinis alopecias explet. Testiculi drachma ex aqua contra serpentes bibitur. Sanguine pictores utūtur. Peregrinæ sunt & lynces quæ clarissime omnū quadrupedū cernūt. Vngues earū omnes cū corio exuri effricacissime in carpo insula tradūt. Hoc cinere potō præcipua uirorū: eiusdē aspersu fœminarū libidines inhiberi. Itē pruritus corporū. Vina stillicida uelificā: itaq; eā protinus pedibus obnere traditur. Eadē autē & unguilarū dolor mōstratur in remedio. Hactenus de exterminis. Nunc reuertemur ad nostrum orbem. Primūq; cōmunia animalū remedia atq; p̄mia dicemus.

Medicinæ cōmunes ex feris animalibus: aut eiusdem generibus placidis: Lactis usus & obseruationes: & caseis: butyro & adipe.

Sicuti et lactis usu utilissimū cuius maternū cōcipe nutriticis exitiosum est. Hi sunt. n. infantes qui colostrati appellātur: desitō lacte in casei spetū. Est autē colostrā p̄ma a partu sp̄giosa densitas lactis. Maxime autē alit quodcūq; humanū: mox caprinū. Vnde fortassis fabulæ locū ita nutritū dixerūt dulcissimū ab hoīs camelinū. Efficacissimū ex asinis. Magnorū aīaliū & corporū facilius reddūt. Stomacho accommodatissimū caprinū quoniām fronde magis q; hærba uestitur. Bubulū medicatū. Quillum dulcius: & magis alit. Stomacho minus utile: quoniā est pinguius. Omne autē uerum aquaticū æstiuo. Et de uouellis. Probatissimū uero quod in ungue hæret: nec desinit. Innocentius decoctū præcipue cum calculis marinis. Alius maxime soluitur bubulo. Minus inflat quodcūq;

herpe
yone
leap
Emy

stompe
1940 abeat
Armus dextro
in myrta
Saluus
in far dante
p̄ p̄mā p̄ p̄mā
in Gimbroy
p̄ p̄mā
p̄ p̄mā
p̄ p̄mā
p̄ p̄mā

decoctum. Sanat uvas lichenas. Ad omnia utile contusa aut luxata. Maxime renes: uelica
 interanea: fauces: pulmones. Foris prurientum cutis eruptiones pituitæ cibi aut potus absti-
 nentia. Nam ut in achaia bubulum biberentur phisici syndeticis diximus in ratione hæ-
 barum. Sunt inter exempla qui afininū bibendo liberati sunt podagra chyragraue. Medici
 speciem unam addidere lactis generibus quod schydon appellauerunt. Id fit hoc modo. Fi-
 cilii nouo feruet maxime caprinum. ramisq; ficulneis recentibus miscetur: additis eodem
 cyathis multi quot sint hemine lactis. Cum feruet ut circumfundantur: prætat cyathus ar-
 geneus cum frigida aqua demissus ita ne quid infundatur. Deinde igni demptum refri-
 geratione diuiditur & discedit serum a lacte. Quidam & ipsum serum iam multo potentis-
 simum decoquunt ad tertias partes & sub diuo refrigerat. Bibitur autem efficacissime he-
 minis per interualla senis diebus quinq; a potu illius solitis gestari. Datur comitialib; me-
 lancolicis: paralicis: in lepris: elephantis: articularibus morbis. Infunditur quoq; lac cõtra
 rosiones a medicamentis factas. Et si urat dysenteria decoctum cum marinis lapillis: aut cū
 prisana hordeacea. Item cõtra rosiones intestinorū bubulum aut ouillum utilius. Recens
 quoq; dysentericis infunditur. Ad colum autem crudū. Item uulue & contra serpenrium
 idus phisicis cantharidum: aut salamandræ: aut bupræstis: aut pityocampes uenenis. Pri-
 uatim bubulum iis qui colostrū biberint: aut cicuta: aut doricium: aut leporem marinū.
 sicut afininum contra gyplum: & cærusam: & sulphur: & argentum uiuum. Item duræ al-
 uo in febris. Gargarizatur quoq; faucibus exulceratis utilissime. Et bibitur ab imbecillitate
 uires recolligentibus: quos atrophos uocant. In febris etiam quæ caret dolore capitis. Pue-
 ris ante cibum lactis alimini heminiam dari conuenit. Aut si in exitu cibi rosiones sentiant
 Antiqui in archanis habuerunt. Sed hoc si non esset: habuerunt et caprino bubuli serū or-
 topnoicis prodest ante cætera addito nasturtio. Iunguntur etiã oculi in lactis heminis sesa-
 mi additis drachmis quatuor tritis in lippitudine. Caprino lyenes sanantur post bidui me-
 diam tertiã die hedera pastis capris per triduum potu sine alio cibo. Lactis usus alias con-
 trarius purgationis grauedine tussitentibus lippis. Suillum utilissimum tenasmo dygentis: &
 non phisicis. Hunc etiã mulieribus qui dicentur saluberrimum fuerunt. De generib;
 caseorum diximus: cum de uberibus singulisq; animalium membris doceremus. Sextius
 eosdem effectus equino quos bubulo tradit. Hos uocat hippace. Stomacho utiles: qui nõ
 sunt falsi: id est recentis. Vereres aluum sistit: corpusq; minuūt. Stomacho utiliores: In to-
 tum salsa minuūt corpus alunt mollia. Caseus recens cū melle sugillata emendar. Mollis
 aluum sistit. Sedat tormina pastillis in uino austero decoctis: rursusq; in patina tostis cum
 melle: quod saprum uocant: qui cū sale & sorbis siccis et uino tritus potusq; medetur cælia-
 cis. Genitaliū carbūculus caprinus tritus & impositus. Item acidus cū oximelle. Maculis
 in balneo illitus oleo interlinitur. E lacte fit & butyrum barbararum genitum laudatissi-
 mus cibus & qui diuites a plebe discernat. Plurimum & bubulo: & inde nomen. Pinguis-
 simus ex ouibus. Fit & ex caprino: sed hyeme calefacto lacte æstate expresso tantū crebro iactatu
 in longis uasis angusto foramine: spiritū accipientibus sub ipso ore alias præligato. Addit
 parum aquæ ut acefeat. Quod est maxime coactum in fumo fluit at id exemptum addito
 sale oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis. Ibi quod supernat: butyrum est oleo
 sum natura. Quod magis uirus respuit hoc præstantius iudicatur. Pluribus compositioni-
 bus miscetur inueteratum. Natura eius astringere: mollire: replere: purgare. Oxygalla fit
 & alio modo acidis lacte addito inreces: quod dū acecit utilissimū est stomacho. Effectus
 dicemus suis locis. Proxima in cõmuni-^{bus} laus est adipi sed maxime suillo. Apud antiquos
 etiã religiosus erat. Certe nouæ nuptæ intrantes etiamnū solene habent postes eo atinge-
 re. Inueteratur duobus modis: aut cum sale: aut sincerus: tanto utilior: quanto fit uetusti-
 or. Axungia etiã græci appellauerunt in uoluminibus suis. Neq; est occulta uinū causa: quo-
 niam id animal hæbarum radicibus uescitur. Itaq; etiã fumo innumerū usus. Quam ob rem
 non de alia loquamur suæ multo efficaciore forma: quæ non peperit. Multo uero præ-
 stantior in apis est. Vfus igitur axugiæ est ad mollienda exalfacienda: discutienda: purga-
 da: Medicoq; aliqui admixto anæris adipe taurorunq; seuo & bysopo ad podagras uti
 uent. Si uero permanet dolor cū cæra: myrto: resina: pice. Sicera axungia medet ambustis uel
 mæ. Pernionibus autē cū hordei cinere & calla pari modo. Prodest & cõfricatis membris.

lactis adin
 quibus
 at

chilioni
 sebua

sei meli

uopin
 in tu matus

formidi

gra
 thoe

idom

latre putrem

Calla he

que

quæ uel mæbia

lymo

Saffon
 D. 10
 10
 10
 10
 10

g. 10

lamb

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

10
 10
 10

tur. Pelles eiusdem animalis substrata securos praestant ab omni metu somnos. Coagula
 quoque ex aceto potum ab istis: & si omnino tractum sit: eo die non ferit serpens. Testes quoque
 eius inueterati: uel genitale maris. salutariter dantur in uino. Item uentres qui centipede
 lions uocatur fugiunt. Et idem aliquid cerui habentes: aut medulla peridotes seu uer
 ui autumnali. Summis autem remediis praefertur huiusmodi coagulum in matris uero exacti ut
 indicauimus. Sanguine quoque ceruino si una urantur draconion & cunilago & anchusa
 lentris siligo contrahi serpentes dicitur. Dissipari deinde si sanguine detracto adiciatur py
 retrum. Inuenio apud auctores graecos animal ceruio minus: & pilodemum: ac dente simi
 li quod ophion uocatur. Sardiniam eum tantum fere solitam. Hoc interesse arbitror. Et ideo
 medicina ex eo omitto. Medicina de apro: & capris: & equis feris: & remedia de be
 stis contra omnes morbos.

¶ Ca.

Pri quoque cerebrum contra eos laudatur cum sanguine. Iecur etiam inueteratum pos
 tum cum ruta & uino. Item adeps cum melle refinax. Simili modo uerinum icur ex
 emptis dicitur a fibris quatuor obolorum ponderari: uel cerebrum in uino potum. Ca
 prarum cornu uel pilis accensis fulgari serpentes dicitur. Cineres quoque eorum potum uel illi
 cum contra istos ualere. Item lactis haustus cum uua aminea uel urinae cum aceto scyllitico
 Caseum caprinum cum origano positum uel seuum cum cara. Milia praeterea remediorum ex
 eo animali demonstrantur sicut apparebit. Quod eodem miror cum sebi negetur carere.
 Amplior potentia feris eiusdem generis quod numerosissimum esse diximus. Alia uero ex
 hircis. Democritus etiam effectus auget eius qui singularis natus sit. Fimus quoque ca
 prarum in aceto decoctus & illitus in ictus serpentium placet: & recentis cinis in uino. Atque in
 toto difficilius se recolligentes a serpentium ictu: in capribus optime conualescunt. Qui me
 dicari efficacius uolunt: occidit caprae aluum dissectam cum fumo intus aperto statim iungant
 Alii carne recentem haedorum pilo sustinent: eodemque nidore fugant serpentes. Utuntur & pel
 le eorum recente ad plagas: carne & fumo equi in agro pasci. Coagulo leporis ex aceto con
 tra scorpionem & muric araneum. Aiunt autem non ferri leporis coagulo perunctos. Percussis
 a scorpione finum caprae efficacius cum aceto decoctum auxiliatur. Lardum iusque decoctum potum
 iis qui bupestim hauserint. Quin etiam si quis asino in aurem dixerit percussum: se a scor
 pione transire malum procinus tradunt. Venenatae quoque oia acenno eius pulmone fugere. Et si
 mo uituli suffiri percussis a scorpione prodest. Canis rabidi morsu facta uulnera circuncis
 dunt ad uenas usque carnes quida carneque uituli admouet: & ius ex eodem carnis decoctum dat
 potum: aut axungiam cum calcem usam. Laudant hirci icur: quod imposito ne tentari quidem aquae
 metu affirmant. Laudant & caprae finum ex uino illitum aut melle. Melius & cucurbitae
 rundinis decoctum & potum. Ad reliquos bestiarum morsus: caprinum: caseum siccum cum ori
 gano imponunt: & bibi iubent. Ad hominis morsus carne bubula decocta. Efficacius uituli
 si non ante quintum diem soluant. Veneficiis rostrum lupi resistere inueteratum aiunt. Op
 idem uillarum portis praefigunt. Hoc idem praestare & pellis e ceruice solida manica existima
 tur: quippe tanta uis est animalis. Praeter ea quae retulinum & uestigia eius calcata equis
 afferunt torporem. Iis qui argentum uiuum biberint lardum remedium est. Asinum lacte po
 to uenena restinguntur. Peculiariter si hyosciamum potum sit: aut uiscum: aut cicuta: aut le
 pus marinus: aut opocarpatum: aut carice: aut dorycnidium. Et si coagulum alicui nocuerit
 natum id quoque uenenum est in prima lactis coagulatione. Multos etiam & alios uerus dicemus.
 Sed meminisse oportet recentis uentrem: aut non multo postea repositum. Nullus enim ce
 lerius enanescit. Ossa quoque asini contra & decocta contra leporis marini uenenum dan
 tur. Omnia eadem onagri efficaciora. De equis feris non scripsit: ut graeci quonia terra il
 lae non gignebant. Verumtamen fortiora eadem quam in equis intelligi debent. Lacte equi
 no uenena leporis marini & toxica expugnantur. Nec uros aut bisontes graeci in experi
 mentis habent quamque boue ferre referis indiae siluis: portione tamen eadem efficaciora oia
 ex iis credi par est. Sic quoque lacte bubulo cuncta uenena expugnari tradunt: maxime su
 pradicta: & si ephemerum impactum sit: ut si cantarides date tomitione oia egerit. Sic & capri
 no iure catharides. Contra ea uero quae exulceratione enecat: seu uitulinum seu bubulum au
 xiliatur. Nam contra sanguisugam potas butirum remedium est cum aceto ferro calefacto. Quod &
 per se prodest contra uenena. Nam si oleum non sit: uicem eius representat. Multiplicium morsus
 cum melle sanat. Oia sefami quoque iure potum uenena superadicta expugnari putant. Eriuatim

Saluacit
 gant uniu
 sempiterno

Fibra
 excrem
 ore no caret

on istis Serpenti

oferu lupi & Venep

ephemeru
 in sua dignitate
 in parte sua
 Bastru a Fortena

Dico particularis omni quo colubum ante deco
 ducto confirmatis. Alia bestiarum

uero aconita & cicuta. Itemq; utulino seuo. Caprinus caseus recens iis qui uiscum bibe-
 rint. Lac uero contra cantharidas remedio est: & contra ephemerim potu cū taminia uua.
 Sanguis caprinus decoctus cum medulla: contra toxicā uenena sumitur. Hædinus contra
 reliqua. Coagulum hædi contra uiscum: & chameleontem album: sanguinem taurinum.
 contra quem & leporis coagulum est ex aceto. Contra pastinacā uero & omnium marinorū
 icthūs uel morsus coagulu leporis: uel hædi: uel agni drachme pondere ex uino. Leporis co-
 agulum & contra uenena additur antidotis. Papilio quoq; lucernarū luminibus aduolans
 inter mala medicamentā numeratur. Huic cōtrarium est iecur caprinū: sicut fel ueneficū
 ex mustella rusticā factis. Hinc deide reuertemur ad genera morborū. Capilli destitua ur-
 sinus adeps mixto lādano & adiantho continet. Alopetiaq; emendat & raritatē supercilio-
 rum cum fungis lucernarum ac fulgine quæ est in rostris earum. Prungim cum uino pro-
 dest. Ad hanc & cornus ceruini cinis e uino: utq; non tedium animalis eius capillis incre-
 scat. Itē fel caprinū cū creta cymolia & aceto sic ut paululū capilli inarescat. Item fel hirci-
 num cum urina tauri. Si uero uetus sit: etiam fursures adiecto sulphure emendat. Cinere
 genialis asini spissari capillum purant & e canitie uindicare si raris illinatur. Plumbogū tri-
 tus cum oleo densari: & asinini pulli cum urina: admiscetq; nardum: fastidii grana. Alo-
 petias felle taurino cum ægyptia alumine tepefactas illinunt. Capitis ulcera manantia uri-
 na tauri efficaciter sanant. Item hominis uetus si cyclaminum adiciatur & sulphur. Effica-
 cius tamen utulinum fel. Quo cum aceto calefacto tolluntur & lendes. Sed uinutulinū
 cum sale tritum capitis ulceribus utilissimum. Laudatur & uulpium adeps: seu præcipua
 fel & simum cū sinapi pari modo illitū. Caprini cornus farina uel cinis magisq; hirci addi-
 to nitro & tamarici resin & butyro: oleoq; prius capite iaso mire continet ita fluentē
 capillum. Sicq; & canis cinere ex oleo illito supercilia nigrescunt. Lacte caprino lēdes tolli-
 tradunt. Fimo cum melle alopetias expleri. Item unglarū cinre cum pice fluentem ca-
 pillum contineri. Leporinus cinis cū oleo myrteo capitis dolores sedat. Itē aqua pota quæ
 de bouis aut asini poru relicta est. Et si credimus uulpis fuscule genitali circūligato. Cor-
 nis ceruini cinis illitus ex aceto aut rosaceo: aut ex irino: oculorū: epiphoras. Eaq; bubu-
 lo seuo cū oleo cocto illiniūt. Ceruini cornus cinis scabritias eodem unguine sanat. Mus-
 cronēs autē ipsos efficaciores putant. Lupi excrementis circūli suffusiones prodest. Ci-
 nere eorum cū attico melle inungit obsecratur. Item felle urfino. Epinythidas adipe a-
 pri no cum rosaceo. Vngula asinina cinis inunctus et suo lacte cicatrices oculorum & albugi-
 nes tollit. Medulla bubula ex dextro crure priore trita cū fulgine pilis & palpebrarum
 uitis singulis occurrit. Calliblephari pari modo fuligo in hoc usu temperatur. Optime &
 licho papiraceo. Oleoq; sesamino. Fulgine in nouo uale pennis detera. Efficacissime ta-
 men euulsos ibi pilos cohercet. Felle tauri cum oui & albumine collyria fiunt: quæ dis-
 lura inunguntur per quartidū. Seuū uituli cum anseris adipe & ocimi succo genarū uitis
 aptissimum est. Eiusdem medulla cum pari pondere cære & olei uel rosaci addito ouo du-
 ritia genarum illinuntur. Caseo molli caprino imposito ex aqua calida epiphora sedatur.
 Si tumor sit ex melle. Vtrunq; uero sero calido fouendū. Sicca lippitudo lumbulis suum
 tostis atq; contritis & impositis tollitur. Capras negant lippire: quonia cæ qualdā hærbas
 edant. Item dorcadēs. Et ob id simū earū cæra circundatū noua luna deuorari iubet. quo
 nam noctu æque quoq; cernant. Sanguine hirci sanari luscios purant nyctilopas appellat
 græci. Capræ uero iocinere in uino aultero decocto. Quidam inassarū iocineris sanie inun-
 gunt. Aut felle capræ: carnelq; eas uesci: & dum coquantur oculos uaporari præcipiunt.
 Id quoq; referre arbitrantur: si rutili coloris fuerint. Volat & oculos suffiri iocinere in ol-
 lis decocto. Quidam inassato. Fel quidem caprinum pluribus modis assumūt cū melle con-
 tra caligines. Cum uerari candidi tertia parte contra glaucomata. Cū uino contra cicatri-
 ces: & albugines: & caligines: & prengia: & argemata. Ad palpebras uero euulso prius oculo
 cum succo oleris: ita ut uncto inarescat. Cōtra ruptas tuniculas cū lacte mulieris. Ad oia
 autem inueterata fel efficacius putant. Nec abdicant simū ex melle illitū epiphoris. Cetera
 q; dolores medullam. Itē pulmonem leporis. sedat caliginē fel cū passo aut melle. Lupino
 quoq; adipe uel medulla suum fricari oculos cōtra lippitūdines præcipiūt. Nā uulpina lin-
 guam habentes in armilla lippituros negant. Aurium dolori & uitis medetur urina a-
 pri un uetro seruata. Fel a-
 pri uel suis uel bubulum cū oleo citreo & rosaceo aquis portiois?.

Vin taminia rubens
Tosin per se

papilio uel papilio

pareyson
que paret in uino
paleo in uino

fenne

Vnguent
Vnguent

Calliblepharus
medicamentum quod pro
epiphora & papilio
est

pau hypodermis

luscios uel nyctilopas
p pundo

Glaucomata
uulso prius oculo

g alie
am dardis
g adeps
palmis

e mmo
p

e mmo
p

Præcipua uero taurinum cum porri succo tepidum: uel cum melle si suppurent. Contra
 odorem grauem per se tepesfactum in mali corio. In ea parte rupta cum lacte mulieru effi-
 caciter sanat. Quidam etiam in grauitate aures sic perludedas putat. Alii cum senecta ses-
 pentium & aceto includunt lana ante aqua calida colluras. Et si maior sit grauitas aurium
 fel cum myrra & ruta in mali corio excelsactum infundunt. Lardum quoq; pingue. Item
 simum alini reces: cui rosaceum instillatur. Omniaq; ea tepesfacta. Vtilior equi spuma: uel
 equi simi recens cinis cum rosaceo. Seu u bulbulu cum adipe asnerino. Butyro recens: uri-
 na capri uel tauri: aut fullonia uetus calfacta uapore per lagenâ collum subeunte. Admi-
 scent & aceti tertiam partem. Et aliquid urinae uituli qui nondum herbam gustauerit. Fi-
 mum etiam mixto felle eiusdem. Et cutem qua relinquunt angues: ex calfactis prius auri-
 bus. Lana autem medicamina ea includuntur. Prodest & seu u uituli cum antris adipe: &
 occimi succo cu eiusdem medulla admixto cumino trito ifusa. Virtus uerrinum e ierôpha
 ex coitu exceptum priusq; terram atingat contra dolores. Auribus fractis glutinum e na-
 turis uitulorum factum & in aqua liquatum. Alii uitis adeps uulpsium. Item fel caprinum
 rosaceo tepido aut porri succo: aut si sit ruptura ibi aliqua e lacte mulieris. Si grauitas sit
 audiendis: fel bubulum cum urina caprae: uel hirci uel si pus sit. In quocunq; autem usu po-
 tant hæc efficaciora in cornu caprino per dies. xx. infumata. Laudant & coagulu lepori ter-
 tia denarii parte dimidia quoq; sagapeni in amineo uino. Parotidas urinus adeps comprâ-
 mit pari pondere cæra & taurini seui. Addunt quidam hippocistidem: & per se butyro illi-
 tum: si prius foueantur fœnigræci decocti succo. Efficacius cum strichno. Profunt & uul-
 pinum testes: & taurinus sanguis aridus tritus. Urina caprae calfacta instillata auribus. Fi-
 musq; eiusdem cum axungia illitum. Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis: dolo-
 resq; eorum mitigat: siue infricentur siue colluantur. Quidam efficaciorum ad omnes eos-
 dem usus crudi cornus farinam arbitrantur. Dentifricia utroq; modo sunt. Magnû reme-
 dium est & in luporum capitis cinere. Certumq; est in excrementis eorum plerûq; inueni-
 ri ossa. Hæc adalligata eundem effectû habet. Itē leporina coagula per aurē infusa contra do-
 lores. Et capitis eorum cinis dentifricum est. Adiectoq; nardo mulcet grauiolentiam ois.
 Aliqui marinorum capitum cinerem miscuisse malût. Reperit in latere leporis a cui os
 simile: hoc scarificari dentes in dolore suadent. Talis bulbulus accensus eos qui labant cu
 dolore ad motus confirmat. Eiusdem cinis cum myrra dentifricu est. Ossa quoq; ex un-
 gulis suum combusta eundem usum præbent. Item ossa ex acetabulis pænarum circa que
 coxendices uertuntur. Iisdem sanari demissis in fauces iumentorum uëminationes notû
 est. Sed & corruptos dentes confirmari. Asinae quoq; lacte percussu uexatos: aut dentium
 eiusdem cinere. Lyene item equi cum oleo infuso per aurem. Est autem hoc non hippoma-
 nes: quod aliquin noxium omitto. Sed in equorum genibus ac super ungulas: præterea in
 corde equorum inuenitur os dentibus capinis maxime simile. Hoc scarificari dolore. Aut
 exempto dente emortui equi maxillis ad numerû eius qui doleant demonstrant. Equarû
 uirus a coitu in lychnis accensus Anaxilau prodidit: equinorum capitum usus represen-
 tare monstrificæ. Similiter ex asinis. Nam hippomanes tantus in ueneficio uires habet: ut
 assusum æris mixtura in effigiem equæ olympiæ ad motus mares equos ad rabiem coitus
 agat. Medetur dentibus & fabrilis glutino in aqua decoctum illitumq; & mox paulo de-
 tractum: ita ut confestim colluantur uino: in quo decocti sunt cortices mali punici dulcis
 Efficax habetur & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Talorum caprae recentium
 cinis dentifricio placet. Et omnium fere uillaticarum quadrupedum: ne sæpius eadem dicâ-
 tur. Cutem in facie erugari & tenerescere & candorem custodiri lacte asinino putant. No-
 tumq; est qualdam quotidie. dcc. custodito numero fouere. Poppeæq; hoc uxor. Netonis
 principis instituit. Balnearu quoq; sic folio temperato asinorum gregibus ob hoc eam
 comitantibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. Efficacius cum cærua. Sine-
 ro uero ea uitia quæ serpunt insuper imposita farina hordeacea. Vlcera in facie membrana
 e partu bouis mandida. Friuolum licet uideatur non tamen omitendum propter deside-
 ria mulierum. Talum candidi iuueni. xl. diebus noctibusq; donec resoluatur in liquorem
 decoctum & illitum linteolo candorem cutisq; erugatione præstare. Fimo taurino malas
 rubescere aiunt: non ut erodierent illini melius. sed foueri frigida & ante & postea iu-
 bent. Vestares & quæ discoloriem faciunt cutem: simum uituli cu oleo & gummi manu sub-

Contra
Veruatio serpentes
Membrana

Dentifricum

Contra Euloriam et

Ad Decussitudo
de ueruatio serpente

Lychea equi
Hippomanes

e popæa uxor
Netonis principis

ad ueruatio serpente
coloca uirg.

actū emendat. Vlcera oris & rimas seuū uituli uel bouis cū adipe anseris & ocini succo. Est
 & alia mixtura seuo uituli cum medulla cerui & albæ spinæ foliis una tritis. Idem præstat &
 medulla cum resina: uel si uaccina sit: iuscq; e carne uaccina. Lichenas oris præstantissime ui
 cid glutinum factū & genitalibus uitulorū liquatū uacino aceto cū sulphure uiuo ramo ficulneo p
 mixtum: ita ut bis die recens illiatur. Item lepras ex melle & aceto decoctum: quas & secur
 hirci calidum illitum tollit: sicut elephantium fel caprinum. Etiamnum lepras ac furtures
 tauri fel addito nitro. Urina asini circa canis ortum maculas in facie. Fel utriusq; per se se
 aqua infra & um: euitatiscq; solibus ac uētis post detractum cutem. Similis effectus: & i tau
 rino seuo uitulino uel felle cum femine cunilic: ac cinere & cornu ceruino: si canicula exoriē
 te comburatur. Asinino seuo cicatricibus aclicheni leprisq; maxime color redditur. Hirci
 fel leatigines tollit admixto caseo & uiuo sulphure spongiæq; cinere: ut mellis sit crassitu
 do. Aliqui in ueterato felle uti maluere: mixtis calidis fursibus pōdere oboli unius quæ
 tuor mellis prius defricatis maculis. Efficax eiusdem & seuum cum melanthio & sulphure
 & iride. Laborum fissuris cum adipe anserino ac medulla ceruina resinæq; & calce. In uēio
 apud auctores iis qui lentiginem habeat negari magicæ sacrificiorum usum. Lactē bubulo
 aut caprino consilæ & arteriæ exulcerata leuantur. Gargarizatur tepidum ut est expressū
 aut calefactum. Cyprinum utilius cum malua decoctum & sale exiguo. Lingua exulcera
 tioni & arteriarum prodest ius omnia si gargarizatur. Tonillis autem priuatiū renis uul
 pium aridi cum melle triti illitique. Anguinæ fel taurinum uel caprinum cum melle. Lecur
 mellis ex aqua oris grauitatem. Vlceraq; butyrum citissime sanat. Spinā aliud ne quid fau
 ribus adhærens feris extrinsecus simo perfricatis: aut reddi: aut delabi tradūt. Strumas dis
 cutit fel aprinum uel bubulum tepidum illitum. Nam coagulum leporis e uiuo in linteo
 lo exulcerata duntaxat imponitur. Discutit & ungulæ asini uel equi cinis ex oleo aqua il
 litus & urina calefacta. Et bouis ungulæ cinis ex aqua. Fimum quoq; feruens ex aceto de
 coctum: testefque nulpini. Prodest & sapos galiorum hoc inuentum: rutillandis capillis ex
 seuo & cinere. Optimo fagino & caprino duobus modis spissus ac liquidus. Vterque apud
 Germanos maiore in usu uiris quam fœminis. Cervicium dolores butyro aut adipe urfino
 perfricantur. Rigores bubulo seuo quod & strumis prodest cum oleo. Dolorem inflexibi
 lem opisthoton uocant: leuat urina capræ auribus infusa: aut fimum cum bulbis illitū. Vn
 gues contusos fel uniuersiumque animalis circumligatum. Prerygia digytorum fel tauri
 num aridum aqua calida dissolutum. Quidam adiciunt sulphur & alumen pari pōdere om
 nium. Tussim iecur lupi ex uiuo tepido sanat. Vrsinumq; fel admixto melle. Aut ex cornu
 bubuli summis partibus cinis. Vel salua equi: triuo potu eam mōsi tradunt. Pulmo cer
 uinus cum gula sua arefactus in fumo: dein tusus: ex melle quotidianum eligmat. Efficacior
 est ad id subulo ceruorum generis. Sanguinem expuentes ceruini cornus cinis. Coagulum
 leporis tertia parte denarii cum terra samia & uiuo myrteo potum sanat. Eiusdem fimi ci
 nis in uiuo uesperti potus: nocturnas tussis. Pili quoq; leporis suffiti extragunt pulmonibus
 difficiles excreationes. Purulentas autem exulcerationes pectōris: pulmonisq; & a pulmo
 ne graueolentiam halitus butyrum efficacissime inuat cum pari modo mellius atici de
 coctum donec ruffescat: & matutinis sumptum ad mensuram linguæ. Quidam pro melle
 sâricis resinam addere maluerunt. Si sanguis reiciatur: efficacem tradunt bubulum sangui
 nem modice & cum aceto sumptum. Nam de taurino credere temerariū est. Sed glutinum
 taurinū tribus obolis cū calida aq; bibitur i uētre sanguinis excreatione. Stc machū exulce
 ratum lactis asinini potus reficit. Item bubuli. Rosiones eius caro bubula admixto aceto &
 uiuo cocta. Rheumatismos cornus ceruini cinis. Sanguinis excreationes hædinus sanguis
 recens ac cyathos ternos cum aceto acri pari modo feruens potus. Coagulum tertia parte
 ex aceto potum. Locineris dolores lupi iecur aridum ex mulso. Asininum iecur aridum cū
 petroselinī partibus duabus ac nucibus tribus ac melle tritum & in cibo sumptum. Sâguis
 hircus cibo aptatus. Suspiriosus ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis. Proxi
 me lactis asini tepidi cum bulbis decocti: ita ut serum ex eo bibatur: addito in tres heminas
 cyatho nasturtii albi persulsi aqua: deinde melle diluti. Lecur quoq; uulpinum aut pulmo i
 uiuo nigro: aut fel urfino in aqua laxat meatus spirâdi. Lumborum dolores & quæcūq;
 alia molliore opus sit: urfino adipe perfricari conuenit. Cinerem aprini aut suilli fimi inue
 terati aspergi portione uini. Afferunt & magi sua commenta. Primum omnium rabiem hir

In p... m... ex...

Angma beel...
Syr...
maghu

Sapo Gallovi...

Opisthoton...
Dolor mplexabil...

Bubulo quidam ferens
B...
B...

in h...
...

Equi...
...

taurinum aqua calida resolutum. Inflationes autem discutit utulinum firmum in uino decoctum. Intestinarum uitiis magno opere prodest coagulum ceruorum decoctum cum lete betag: atque ita in cibo sumptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini potus decoctus cum malua exiguo sale addito. Et si coagulū addat maioribus emolumentis fiet. Eademque uis est & in seuo caprino & in sorbitione aliqua uti protinus hauriatur frigida aqua. Item foeminum hardi cinis rupta intestina sarcire mire traditur. Fimum leporis cum melle decoctum & quotidia faba magnitudine sumptum ita ut deploratos sanauerint. Laudant & caprini capitis cum suis pilis decoctus succum. Tenafmos: id est crebra & inanis uoluntas egerendi tollitur potio lacte asinino. Item bubulo. Tinearum generam non attigerint: collo medentur adalligata brachio. Polea quoque supra dicta magno opere prodest in sapa decocta. Item suilli simi farina addito cymino in aqua rura decoctena. Cornus ceruini teneris cinis cocleis africanis cum testis suis tuis mixtus in uino pote Vesicæ calculosque cruciatibus auxiliatur urina aprī: & ipsa uesica pro cibo sumpta. Efficacius si prius fimo maceratur utrunque. Vesicam elixam mandi oportet & a muliere foeminae suis inueniuntur & in iocineribus corum lapilli aut duritie lapillis similes candidi sicuti i uulgari sue: quibus contritis atque potis in uino pelli calculos aiūt. Ipsi apro tam grauis sua urina est: ut nisi egesta fugā non sufficiat: & uelut deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis renes inueterati in uino poti calculos pellunt. In perna suum articulos esse diximus: quorum decoctum ius facit urinae. utilius. Asinini renes inueterati tritici: & in uino mero dati uesicæ medentur. Calculos expellunt lyenis equini ex uino aut mulso poti diebus. xl. Prodest & unguia aqua cinis in uino aut aqua. Item fimum caprarum in mulso: efficiarius siluestrium. Pili quoque caprini cinis. Verendorum carbunculis cerebrum aprī uel suis sanguis. Vitiā uero quæ in eadem parte serpunt: iecur corum combustum: maxime iuniperi ligno cum charta armenia sanant. Fimi cinis uel bubulum cum alumine ægyptio ac muria ad crassitudinem mellis subactum Insuper beta ex uino cocta imposita: caro quoque Manantia uero ulcera seuum cum medulla uituli in uino decoctum. uel caprinum cum melle rubig: succo. Velsi serpan fimum etiam prodesse cum melle dicunt aut cum aceto: & perse butyrum. Testium tumor cum seuo uituli addito nitro cohibetur. Vel fimo eiusdem ex aceto decocto. Urinae incontinentia cohibet uesica aprina si assa mandatur. Ungularū aprī uel suis cinis potioni inspsus. Vesica foeminae suis combusta ac pota. Item hardi uel pulmo. Cerebrum leporis in uino. Eiusdem testiculi costi uel coagulum cum asnerino adipe i potenta. Renes asinini in mero triti potioque. Magi uerini genitalis cinere potio ex uino dulci demonstrant urinam facere in canis cubiculo ac uerba adicere ne ipse urinam facit ut canis in suo cubiculo. Rursus ciet urinam uesica suis: si terram trigerit: imposita pubi. Sedis uitiis præclare prodest fel ursinum cum adipe. Quidam adiciunt spūgam argenti acthus. Prodest & butyrum cum adipe aserino ac rosaceo. Modum ipse res statuunt: ut sint illitu faciles. Præclare medetur & taurinum fel in lincolis concepris. Rimacōs perducit ad cicatricem. Inflammationibus in ea parte seuum uituli maxime ab inguinibus cum ruta. Cæteris medetur sanguis caprinus cum polenta. Item fel caprinum cōdylomatīs per se. Item fel lupinum ex uino: Panos & apostemata in quacunque parte sanguis urinis discutit. Item taurinus aridus tritici. Præcipuum tamen remedium trahitur in calculo onagri: quem dicit cum interficiatur reddere urinam liquidiozem in initio: sed in terra spissantem se. Hic adalligatus foemini omnes impetus discutit omnique suppuratōne liberat. Est autem rarus in uentura nec ex omni onagro: sed celebri remedio. Prodest & urina asini cum melanthio. Et unguia equinae cinis cum oleo & aqua illitus. Sanguis equi præcipue admistrari. Et sanguis bubulus: item fel. Caro quoque eisdem effectus habet calida ipsa. Et unguia cinis ex aqua aut melle. Urina caprarum. Hircorumque carnes in aqua decoctæ. Aut fimum ex iis cum melle decoctum. Fel ursinum siue uerrinum. Urina suum in lana imposita. Foemina atteri adurique equitatu notum est. Utillissimum est ad omnes inde causas spumam equi ex ore inguibus illinit. Inguina & ex ulcerum causa intumescunt. Remedio sunt equi setæ tres totidem nodis & cestros herba adalligatæ intra ulcus. Podagris medet ursinus ad septem tauriūque seuum pari pondere & cæxæ. Addunt quidam hippocistidem & gallam. Alii hircinum præferunt seuum cum fimo capræ & croco & sinapi cum caulibus ederae tritis ac perdicio uel

Te fimos

et uel in pombo. ay. uero q. uesica

in pampone

uero in pampone

in seuo uel

Equus admistrari

Foemina

in uerino

flore cucumeris siluestris. Item bouis simum cu aceti fece. Magnificant & uituli qui non
dum herbam gustauerit simum. Aut per se sanguinem tauri. Vulpem decoctam uiua do/
nec ossa tantum ressent. Lupum ue uiuum oleo carati modo incoctum. Seu um hircinu
essibus parte aqua: sinapis tertia. Fimi caprini cinirem cum axugia. Quin & ischiadicós ur
fel pullicibus pedum eo simo feruente utilissime tradit. Articulorumq; uituis fel urfinu
utilissimum esse & leporis pedes adalligatos. Podagras quidam mitigari pede leporis uiue
ris absco siquis secum assidue habeat. Perniones urtinus adeps: rimasq; pedum omnes ar
cet. Efficacius alumine addito. Seu um caprinum. Dentium equi farina. Aprinum uel sulliu
fel. Cum adipe pulmo impositus. Et si subtriti sint contusi ue: offensione. Si uero adusti
frigore: leporini pilis cinis. Eiusdem pulmo contusis dissectus: aut pulmonis cinis. Sole ad u
sta seuo alumino aptissime curantur. Item bubulo cum rosaceo. Clauos & rimas callicq; uitia
simum aprui uel suis recens illitum ac tertio die solum sanat. Talorum cinis puimo aprin
us aut iuillus: aut ceruinus. Attritus calciamentorum urina asini cum luto suo illita. Cla
uos seu um bubulum cum thuris polline. Perniones uero corum combustum. Melius si
ex uetere calciamento. Iniurias a calcitu ex oleo corii caprini cinis. Varicum dolores sedat
fimi uitulini cinis cum lili bulbis decoctis addito melle modico. Itemq; omnia i flammata
ac suppurationes minantia. Eadē res & podagricis prodest & articulariis morbis et maribus
præcipue uiculis. Articulorum attritis fel aprorum uel suum linteo calcato impositum.
Vituliq; qui nondum herbam gustauerint simum. Item caprinum cum melle & aceto de a
coctum. Vnguens scabros seu um uituli emendat. Item caprinum admixta sandaraca. Ver
rucas uero auferit uitulini fimi cinis ex aceto. Asini urinæ lutum. Comitiali morbo testes
urfinos edisse prodest: uel aprinos bibisse ex lacte equino aut: ex aqua. Item aprinum urinā
ex aceto mulso. Efficacius quæ inauerit in uesica sua. Dantur & suum testiculi inuetera
ti tritigi in suis lacte procedente uini abstinentia & sequente continuis diebus. Dantur &
leporis sale custoditi pulmones cum thuris tertia parte in uio albo per dies. xxx. Item coa
gula. Eiusdem asini cerebrum ex aqua mulsa in fumatum prius in foliis semencia per dies.
Vel unguarum eius cinis cochlearibus binis toto mēse potus. Item testes sale asseruari &
aspersi porioni in asinarum maxime lacte uel ex aqua. Membrana partus earum præcipue
si mare peperint: oisfacta accedente morbo comitialium resistit. Sunt qui e mare nigroq; co
medendum cum pane sub diuo prima aut secunda luna præcipiant. Alii carmen aliqui san
guinem aceto dilutum per dies. xl. bibendum. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex offi
cinis miscent. Eadem portione & lymphaticis medetur. Comitialibus datur & ladis equini
porus lichenēq; in aceto mulso bibendum. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis to
stæ ut uolunt magi. Seu um earum cum felle taurino pari pondere decoctum & in follicu
lo fellis reconditum: ita ne terram attingat. Potum uero sublime ex aqua. Morbum ipsum
deprehendit caprini cornus uel ceruini usti nidor. Sideratis urina pulli asinini nardo ad
mixto per coniunctionem prodesse dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis asi
nini pulli ex uino. Item simum asinini pulli: quod primum edidit partu datum fabæ ma
gnitudine et uino medetur intra diem tertium. Eadē & ex equino pullo: similiterq; uis est.
Fractis ossibus præsentaneus maxillarum apru cinis uel suis. Item lardum elixi: atq; circus
ligatum mira celeritate solidat. Costis quidem fæcis laudatur unice caprinum simum ex
uino uetere: aperit: extrahit: persanat. Febres ardet ceruorum caro (ut diximus) eas quidem
quæ certo dierum numero redeūe oculos lupi dexter saluis adalligato: q; si credimus ma
gis. Est genus febrium q; epemerinum uocant. Hoc liberari tradit: si quis e uena auris asi
ni tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit. Quartanis magi excremeta fel
lis cu digyto bubonis adalligari iuber & ne recedant: nō remoueri septeno circuitu. Quis
hoc quæso inuenire potuit? Quæ est ista mixtura? Cur digytus bubonis potissimū electus
est. Modestiores ite cur fellis decrescēte lunæ occisæ inueteratum sale ex uino bibendum
ante accessiones quartanæ dixere. Idem magi fimi bubuli cinere consperso puerorum uri
na illinunt digytos pedum: manibusq; leporis cor adalligant. Coagulum ante accessione
propinant. Datur & casus caprinus recens cum melle diligenter sero impresso. Melancoli
cis simum uituli in uino decoctum in medio est. Lethargicos excitat asini lyen nariibus illi
tus ex aceto. Caprini cornus nidor aut pilorum: iueur aprinum. Itaq; & ueternosis datur.
Pthysicis medetur iecur lupi ex uino: Macra: uicet: foemina: herbis pasta: lardum. Carnes asi

241
Lepus dabo quabo
uicis cum ad 1/2

chidi

ur pernio
uicis non dabo ut
perno in curia non
lupus in curia non

de angue rabro

ina ferraria

allia
mis fima pulli asini

epo panno

phimo dabo dabo
dabo dabo

leahie
uicis fidermatio
lactibus

curia
uicis fidermatio
lactibus

